



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Maximvs Episcopvs. Ipris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

fimo primo in Marchianensi Monasterio, quod mater eius sancta Rictrudis excitat. Vnde Duacum anno nongentesimo transfuectus, eam urbem non semel ab hostibus defendit, vt nominatim anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto ab infidiis & armis Gasparis Colignij Hugonottorum in Gallia antesignani. Quâ de re Arnoldus Wionus patriâ Duacensis in Ligno vitæ libro tertio die sextâ Ianuarij consuli poterit. In eodem sancti Amati templo adseruatur brachium beati Adalbal- di Ducis, quem dixi sancti Mauronti patrem fuisse, item- que sanctę Gertrudis quę auia illius extitit. Vide plura apud Locrium 701. in Chronico.

MAXIMVS EPISCOPVS.

Ipris.

CVM anno salutis 1553. Teruana per Cæsarem Ca. 8. Mar.
 rolum funditus excisa esset Corpora sanctorum
 Hunfridi & Maximi Episcoporum Ipras in Flandriam
 cum parte dotis Episcopalis ac prouentuum Ecclesiasti-
 corum sunt translata, vbi hodieque communi feretro
 inclusa honorificè adseruantur. Fuit autem Maximus
 Episcopus Riensis in Prouincia, & Abbas Monasterij Li-
 rinensis cum Valerio Diacono & Rustico Subdiacono
 Terouanam venit, vbi & ditino nutu substitit. Obiit-
 que anno quadragesimo quinquagesimo. Habet &
 Ecclesia collegiata Antoniensis iuxta Tornacum Reli-
 quiarum partem. Vide plura apud Gazæum.

T 2

MEDAR